

*Ed. Neugart, Episcopatus Constantiensis, Friburgi 1862. I. tom. II.  
167. Apologiam ipsam tres circiter quaterniones complectentem manus furaces  
saeculo XVI. exeunte e codice excisam abstulerunt.*

*Cfr. Cod. 358. De b. Berchtoldo abb. cfr. Engelberg, pag. 41 sqq.  
Wetzer und Welte's Kirchenlexikon. 2. Aufl. II, 389 sq. (Freiburg 1883.)*

---

## CODEX 19. olim signatus 1/22.

*Foliorum 144, 323 : 238 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate, quod indicant in fronte folii 4. versus huius tenoris:*

Hac in scriptura Frowine patet tua cura,  
Hanc vigilis mentis quia scripsisti documentis.

*Codex bene rubricatus est ac litteris initialibus ,Frowinianis insignitus.  
Major pars folii 144. deest.*

1º Omeliae sancti Gregorii papae super Ezechielem prophetam. *Fol. 3'—142'.*

*P. L. 76. 785—1072. Praecedunt (fol. 1'—3.) testimonia tam veteris quam novi testamenti [quae, cum] sanctus Gregorius curaret ipsa conexa testimonia sub typica vel morali expositione discutere, placuit . . . sub titulis vel capitulis notare.*

2º *Tractatus de pronuntiatione litterarum consonantium. Fol. 143. et 144.*

Consonantes quae in qualibet dictione inter duas vocales vocantur — in illis invenires, ut instruo, monstruo, ut quid.

---

## CODEX 20. olim signatus 1/18.

*Foliorum 193. 315 : 230 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. ornatus litteris initialibus ,Frowinianis, utpote scriptus sub b. Frowino abate. licet hodie ab initio codicis folium desit. quo (teste catalogo msc. codicum anno 1787. per R. P. Carolum Stadler collecto) se offerebant versus sequentes:*

Hunc famulis Christi, Frowine, librum tribuisti,  
Ut Christo revocet, quos liber iste docet.

*Additum est folio 120. supplementum quoddam minoris formae.*

*Gregorius S. Magnus. Morarium libri sive expositio in librum Job. Tomus I. continens epistolam ad Leandrum episc. et libros decem priores.*

*P. L. 75, 509—952. Singulis libris textus biblicus libri Job praemittitur.*

## CODEX 21. olim signatus 1/19.

*Foliorum 94. 320 : 225 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate. id enim innunt versus in fronte codicis:*

Librum praesentem, qui norit pascere mentem,  
Frowini studia cumulant tibi sancta Maria.

*Decoratus est eodem modo quo codex 20.*

*Expositionis beati Gregorii papae urbis Romae in librum  
Job tomus II. i. e. libri XI.—XVI.*

*P. L. 75. 953—1162.*

## CODEX 22. olim signatus 1/20.

*Foliorum 166 (cum parvo supplemento ad folium 40.). 335 : 236 mm., binis columnis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abate, quod colligitur ex versibus fol. 1:*

Det lumen verum, Frowin, tibi lux pia rerum  
Dogma per hoc Christi, secreta quod haec docuisti.

*Ornatus codicis idem est qui in codice 20.*

*Moralium sanctissimi papae Gregorii tomus III. i. e. libri  
XVII.—XXVII.*

*P. L. 76, 9—446.*